

Vnde res est gratie in hac parte gram subtrahere. vnde cautos nos reddidit dñs Iov. vi. dicens. Colligite fragmēta ne pereant. fragmenta enim grāz pereunt et perdūtur si non colligūtur. Quarto dicendū est de gratie fructificatione: hoc est de effectu siue voluntariis quas gratia operatur in nobis. De quibz dicendū q̄ Bonauētura magn⁹ doctor sup. ij. sententiā que. xvi. effect⁹ gratie enumerat ita dicens. Gratie est verē dare. reformare. viuificare. assimilare. sursum leuare. vnire. stabilire. quoz executio nem q̄ sermo in longū protract⁹ est occasio ne sum pra i alijs s̄mombz psequamur largitore gratie adiuuante iesu christo.

XLVII Sermo de eodem

Ego vox clamā-
tis in deserto. Mat. ij. Dicit
Gregorius. Sanctoz mentes
cū creatoris sui potentia intenta pretempla-
one considerant vilescūt eoz animo virtu-
tes quas hñt. et tātō fiunt apud se humiles
q̄nto eis illud altū est q̄ sup angelos sonat.
Hinc iohānes qui in tantaz sanctitatis sub-
limitatem excecuerat: vt a iudeis ip̄s credi
potuisset nūq̄s ad semissis et inquirendū.
Tu quis es: vt demus responsum his qui
miserunt nos. respondit. Ego vox clamātis
in deserto: ex eo spiritu vocans se vocem quo
abraam puluere: quo dauid canē mortuū.
P̄ Expedito ergo vno nomine scz iohā-
nes in priori sermone. nunc dicendū est de
scdo nomine scz vox. de quo tria per ordinez
dicantur: scilicet de iohannis ab hac voce de
nominatione. scdo de eiusdem vocis exposi-
tione. tertio de per vocem p̄mōtione. Hec p̄-
sequentes per ordinem. primo dicam⁹ de
iohannis ab hac voce denominatione: id est
cur iohannes vox nominetur: quod propter
tres causas legimus esse factū: scz p̄pter pre-
conij nouitatem. vite humilitatē et officij di-
gnitatem. Primo dico iohannes dicit⁹ vox
p̄pter preconij nouitatem. hec autē nouitas
in hoc consistit. qz ip̄e primuz predicauit re-
gnum celozum dicens Mat. ij. Penitē-
tiam agite appropinquat em̄ regnum celoz
quod a prioribus predicatoribz et prophētis

vsqz ad iohannem non est auditū. hinc sal-
uator mat. xi. dixit. A diebz iohannis bap-
tiste nunc regnum celozū vim patitur: et vio-
lenti rapiunt illud. q̄ntumcunqz enim seles-
rati si penitentiā egerint regnū celozū rapi-
unt violenter. Et quia hec vox ante iohannē
audita nō fuerat. ideo p̄pter hanc preconij no-
uitatem dicitur vox iohannes. Scdo iohā-
nes dicitur vox p̄pter vite humilitatē. sicut
enim nihil leuius voce sic sancti viri quasi
pro nihilo reputant semen ip̄os. q̄nto enim
proximoz sunt diuino lumini: tāto res-
pectu eiusdem luminis viliozes sibi fiunt.
Ex quo fit illud mirabile q̄ quāto sunt san-
ctiozes tāto humiliozes. hinc Gregorius.
Sancti viri quo apud deū altius p̄ficiunt
eo subtilius se indignos esse deprehendunt
quia dum proximi luci fiunt quicquid eos
in se latebat inueniunt: et tanto sibi foris de-
formes appareāt q̄nto nimis pulchrū est qd̄
intus vident. Idem. Sanctoz mentes cū
creatoris sui potentia intenta pretemplandē
considerant: vilescunt animo eozū virtutes
quas habent. et tātō fiunt apud se humiles
quāto eis illud altū est quod super ange-
los sonat. Et ideo iohānes qui tantū estima-
batur in p̄lo vt xp̄us crederetur auctus di-
uinis contemplationibz nō ex nomine: non
ex progenie: nō ex sacerdotali officio sed vocē
se nominat. Ac si dicat. Sicut vox fragilis
est et prope nihil. sic ego fragil sum et tan-
q̄ pro nihilo reputandus. Tertio iohānes
dicitur vox p̄pter officij dignitatem: quā
exponit nobis Greg⁹. sic dicens. Scitis fra-
tres carissimi: quia vnigenitus filius verbū
p̄is vocat. iohāne euāgelista restante q̄ ait
In principio erat verbū: et verbū et. Et ex
ip̄a vestra locutione cognoscitis: qz vox pri-
us sonat vt verbum postmodū possit audiri
Ideo iohannes vocē se eē asserit. qz verbū
p̄cedit dominicū aduentum: itaqz p̄curēs
vox dicitur: quia p̄ eius ministeriuz patris
verbum ab hominibz auditur. ostendit q̄ te-
um p̄cursoz suus. sicut vox ostendit verbū
quia sicut vox excitat auditū vt verbum re-
cipiatur. ita iohannes excitauit iudeos vt
xp̄m reciperent. officij ergo dignitas in qua
p̄cursoz existit. hoc requirebat vt se vocem

Vox

Vox

nominaret: ut sicut vox precedit verbum: sic
 precursus debuit precedere eum cuius erat precur-
 sor. Et hec breuiter dicta sufficiant de primo
 nomine id est de iohanne ab hac vocis deno-
 minatione. **¶** Secundo dicendum est de
 hac vocis puram edificationem respicit ex
 positione. hoc est ut exponat quid dicat per
 nomen vocis: sicut quod per eam nostra moralitas
 informatur. De quo sciendum quod hoc modus
 nihil aliud est nisi interna inspiratio dei per
 quam alloquitur nobis deus monens et mouens
 intellectum nostrum quid agere debeamus. **¶** Hanc
 vocem auscultauit diligenter psalmista dicebat.
 Audiam quid loquatur in me dominus deus?
 Hanc vocem obaudiunt negligenter quibus di-
 cit dominus. **¶** Quare loquamur meam
 non cognoscitis. Hanc vocem siue loquamur ap-
 prius nobis exponit Gregorius dicit. Sicut auditus
 corporis excitat voce corporali: ita sensus mentis
 excitatur intellectu: qui de interioribus agit.
 quod adhuc apertius bernardus declarat dicens. Sunt
 quedam verba dei ad nos: nostre meditationes
 de ipso et eius potentia. de eius gloria. itaque lo-
 cutionis verbi infusio toni. responsio anime cum
 gratia actione amiratio: et elinguis est omnis
 anima que has voces nec intelligit nec habet
 sed ut ait Gregorius eandem vocem melius intelli-
 gimus si ab imis ad superiora gradientes. quasi
 quibusdam passibus ascendamus. **¶** Tertium ex
 go membrum aggrediamur quod est de nostra per
 vocem promotione. **¶** Hec autem promotio septem gra-
 dibus quasi septem passibus ab imo usque ad su-
 mum statum perfectionis perficitur. quos psalmista in
 psalmo. **¶** Asserte domino persequitur ordinate. **¶** Pri-
 ma vox domini est super aquas. secunda vox domini in
 virtute. tertia vox domini in magnificentia. quar-
 ta vox domini stringentis cedros. quinta vox do-
 mini intercedentis flammam ignis. sexta vox do-
 mini patientis desertum. septima vox domini prepa-
 rantis cedros. **¶** His septem vocibus domini ducimur
 ad perfectum statum. de quibus vocibus hortatur
 nos idem propheta dicens. **¶** Hodie si vocem eius
 audieritis nolite obdurare corda vestra etc.
¶ Prima ergo vox domini est super aquas. id est super pec-
 cata penitentiam infundendo. secunda in virtute re-
 sistendi penitentiam tribuendo. tertia in ma-
 gnificencia in magnis operibus adiuuando.
 quarta vox domini stringentis cedros vicia am-

putando. quinta intercedentis flammam ignis
 caritate a malis affectibus segregando. sexta
 concutientis desertum gratiam subtrahendo. se-
 ptima preparantis cedros ad perfectum statum
 hominem perducendo. Resumendo has domini
 voces. **¶** Prima vox domini intus in anima loque-
 do est super aquas: id est super peccata: eo quod gra-
 tia nullum inueniet sine peccato. quippe nec in-
 fantem unius diei cuius vita est super terram.
¶ Hec autem prima vox sonat illud Esai. **¶** xvi
¶ Preuaricatores redite ad cor. propter quod ad-
 didit huic voci: deus maiestatis intonuit. pro-
 quod timorem incutit qui ad penitentiam nos indu-
 cit. quam formam penitentiam bernardus nobis prescribit
 sic dicit. **¶** Modus persionis quantum mihi videtur
 hic est. **¶** **R.** Primum reuocamur ad nos
 et audimus vocem dicentis. **¶** Preuaricatores
 redite ad cor. **¶** Idque ita efficaciter dicitur ut
 vox ipsa reducat nos et arguens statuet nos
 ante faciem nostram. et cuius vocis efficacia ama-
 ra penitentiam infundit per quam omnia peccata conuer-
 tuntur: dicente domino per Ieremiam. **¶** Numquid non
 verba mea sunt quasi malleus pterens petras
¶ aut per aquam peccata designentur idem pro-
 pheta insinuat cum dicit. **¶** Saluum me fac deus
 quoniam intrauerunt aque etc. **¶** Et aliud. **¶** In-
 undauerunt aque super caput meum: dixi pe-
 rii etc. **¶** Hanc vocem super aquas deus tam diu
 continuat quousque peccata per penitentiam de-
 leantur. **¶** Sed quid prodest penitere de culpa
 si non detur gratia a similibus abstinenti. **¶** Nam
 qui baptizatur a mortuo iterum tangit mor-
 tuum: quid prodest lauatio eius? **¶** Eccle. **¶** xxiii.
¶ Secunda ergo vox domini sonat in virtute vocis
 hanc virtutem gratiam penitentiam de cetero a pec-
 catis: ut dicam illud **¶** Canticum. **¶** Laui pedes me-
 os. quomodo iterum inquinabo illos? **¶** De hac vir-
 tute dicit **¶** Judith. **¶** Dedit eis deus celi virtu-
 tem resistendi. **¶** Item psalmista. **¶** Deus percussit me
 virtute ad bellum seque resistendi: et ideo sequitur.
 et posuit immaculatam virginitatem meam. hinc bernardus
 de subditis suis hanc virtutem commendans di-
 cit. **¶** Quid mirabilius quam quod is prius vir pro bi-
 duum poterat penitere a luxuria. a crapula.
 ab ebrietate: ceterisque similibus viciis. nunc
 ab eis continet tota vita sua: quod maior mi-
 raculum. que maior virtus: quam quod tot iuuenes
 tot nobiles vniuersi tenique quos hinc videro
¶ B.

Mo de 1. re. nobis

velut in aperto carcere tenentur sine vinculis solo dei amore confixi. Verū quia nō sufficit solū declinare a malo nisi adiungatur et facere bonum. iuxta illud Esa. Quiescite agere peruerse. discite bene facere. ideo sequitur alia vox. Tertia itaq; vox dei est in magnificentia. per cuius vocis virtutem docemur magna et fortia operari. nam difficilia et fortia opa continuata magnos efficiunt homines apud deum. **Q**uoniam enim homines sup̄ virtutem magna opera semper operentur: non humane virtutis est: sed est ex magnifica voce diuini adiutorij intus in animo adiuuatis: et foris in corpore confortantis. **V**ultū autem magnificat hominem si eadem opera magna et continuata fiant humiliter: vt sic facta deo tanq̄ nihil sint penitus putentur. quod hortatur Gregorius dicens. **M**agnus esse vnusquisq; studeat. sed tamē magnum se esse aliquo modo nesciat: ne dum sibi magnitudinem arroganter tribuit: hanc inaniter amittat: ne sicut phariseus magna opera sua sibi tribuens redigat in nihilum sic et nos et opera nostra et nos ipsos in nihilum redigamus. **H**oc ergo mirabiliter magnos nos facit si magna humiliter faciamus. **D**icit enim Bern. Magna et rara virtus est vt magna licet operantem: magnum te nescias et manifestaram omnibus tuam te solum latere sanctitatem. hoc ego ip̄is virtutibus mirabilis iudico. **V**erum quanto fortius sancti homines magna opera faciunt: tanto callidius hostis insidiatur dolosius: vt eadem per admixta vicia euacuet et deformat. ideo sequitur iterum alia vox per quam deus electos suos et dilectos preferuet misericorditer et defendat. **Q**uarta ergo vox domini sanctos suos vltius promouens est vox domini confringentis cedros: id est vicia. de quibus sub nomine cedri dicit Ezechie. xxiij. Cedrum de libano tulerunt scilicet demones: vt facerent tibi malum. **H**ec enim vox domini supra modum necessaria est omni homini volenti proficere. nulla enim merita nec virtutes quicquam valent quibus vicia sunt permixta. **H**inc Levitici prohibemur cauere vicia inter bona cum dicit. **N**eseres agrum tuum diuerso semine. **D**iuersus

enī semine ager feritur: dū bona opa permixtis vicijs seminantur. hinc Gregorius. **B**ona opera prodesse nequeunt. vbi mala q̄ surripiunt non cauentur: et subiūgit. **Q**uod labores meritorum vno vicio percussi ceciderunt: quanta bona vnus culpe gladio sunt pempra. **U**nūquid magna opari bona semper agere et vicia insidiantia conatu simili precauere quod esdre. iij. legimus figuratū ibi ei sic dicitur. **U**na manu faciebant opus: et alia tenebant gladium vt se ab hostibus defensarent. **A**d quod opus quia non sufficiens: tamen cum conando hoc fecerit quod homo potuerit deus pauperi suo succurrat e mittens vocem virtutis sue que hos cedros viciozum comminuat et confringat. **S**ed autem per cedros vicia designentur. patet ex cedri proprietatibus. **N**am cedrus est alta arbor que semper in altum se erigit: per quam superbia designatur. **I**tem cedrus delectabilis est saporis per quem carnis concupiscentia accipitur. **I**tem cedrus stans inutilis est: sed succisa multum valet. sic omnia vicia stantia inutilia sunt: sed succisa id est extincta continent multū fructus. **H**inc de hac cedro dicitur Esa. **D**ies domini sup̄ omnes cedros libani sublimes et erectas. hinc **I**erem. x. Egredietur ignis de ramno et deuoret cedros libani ps. **V**idi impium super exaltatum et eleuatum sicut cedros etc. **U**nde quia deus per predictas voces deuoraz animam vsq; ad sui presentiaz preparauit. nam per primam vocem dedit peccati remissionem. per secundam peccati reluctance. per tertiam bonozū operum multiplicationem. per quartam viciozum extruccionem. ideo per viam amoris infundent hominem sanctū mutans vocem. **Q**uinta ergo est vox domini intercidens flammam ignis: quod taliter contingit. deus enim qui vt ait Esa. ignis consumens est. post predicta ad animam venit ex cuius presentia purissima flamma diuini ardoris ardet in ea. in qua vox diuini vicijs intercidit id est separat ab anima sic inflammata omne fetulentum et omne corpulentum: ita vt in hac flamma nihil spirer. nihil pulset. nihil viuat. nihil appareat. nihil sentiat penitus nisi deus. **E**t hoc est quod

prefiguratum legimus Exodi. iij. Apparuit
 dominus in flamma ignis. in qua flamma
 nihil aliud apparuisse legitur nisi deus. quia
 sicut flamma materialis omne corpulentum
 quod se contingit consumit et per scintillas
 euomit et a se reficit. sic flamma diuini ardo-
 ris omne corporeum a se proijcit et penitus alie-
 nat. hoc est quod dicit Bern. Quid facit
 tam pbata dilectio nisi ut ardentis animam
 ab omni penitus praua vendicat amore ad
 se mita biliter rapiat et vehementer afficiat.
 facit quod per se contemneret quicquid in con-
 temptu eorum appeti non potest. Vox ergo
 domini intercidit hanc flammam ignis: dum
 de cogitationibus instabilitatem. de volun-
 tate omnem alienam caritatem. de intellectu
 omnem fantasticam sensualitatem. de memo-
 ria omnem fedicitatem penitus intercidit: ita
 ut nihil videant oculi nostri nisi man. sicut
 Numeri. xi. dicit. Sed quia hic flamma pro-
 pter dei sanctitatem et nostram fragilitatem
 diu durare non poterit. sicut dicit Job. vij.
 Visitas eum diluculo et subito probas illum
 ideo deus profectum nostrum desiderans
 subiungit aliam vocem: per quam anima san-
 cta iterum ulterius promouetur. Sexta ergo
 vox domini vox est concutiens desertum per
 quam vocem temptatio designatur. quod sic pos-
 sumus declarare. Per desertum enim cor nos-
 trum intelligitur. tum propter dei desertio-
 nem et omnis gratie subtractionem. tum pro-
 pter omnium bestialium motuum progressio-
 nem quia proprie bestie in deserto commo-
 tur. quod desertum ante concuti dicitur cum
 per dei abeuntis comminationem et omnium gratie
 subtractionem cor nostrum vehementer concuti-
 tur. nimes quod deus offensus recesserit. et no-
 lit animam amplius visitare. Quia autem a deo
 sic derelicta dici debeat desertum. dicit Job.
 Qualis ortus voluptatis terra coram eo
 sed in eius presentia. et post eum scilicet post eius ab-
 scissum solitudo deserti. Item Sopho. ij.
 Poner dominus speciosam in solitudinem et in-
 mutum et quasi desertum: et accubabunt in me-
 dio eius greges et omnes bestie gentium. i. besti-
 ales motus subtracta gratia recrudescunt.
 Quia etiam hoc desertum ex dei absentia concuti di-
 citur. ostendit Bern. dicens. Dico vobis ni-

hil est quod anxia in tantum formidet: quod ne gra-
 tia derelicta necesse habeat denuo egredi ad
 carnales consolationes: rursum carnalium
 sensum sustinere tumultum. His itaque duobus
 scilicet flammam intermissione et deserti concussi-
 one alternis vicissitudinibus continuans hoc
 mirabiliter proficit. dum ex dei presentia flam-
 ma ardoris semper plus et plus interciditur.
 quousque anima in purum ardorem inflamescat
 et totiens desertum concutitur primum ad flammam
 id est caritatem nutriendam. alterum ad
 humilitatem consuandam. quousque homo
 ad perfectum statum feliciter promouet voce dei
 iterum aliud sonante. Septima ergo vox domini
 est preparantis ceruos. per ceruos perfectos
 homines volens intelligi. quod ex cerui pro-
 prietatibus cognoscimus euidenter. **T**
 Habet enim ceruus tres proprietates: scilicet in in-
 gressu celeritatem. in visu limpiditatem et
 perit altitudinem. Sic perfecti currunt velo-
 citer: nihil enim de contingentibus obmittunt
 sed quantum quod et sicut debent fideliter opan-
 tur. et sunt de quibus dicitur. Regum. Aquilis
 sunt velociores et leonibus fortiores. de quibus
 Esa. Qui sunt isti qui ut nubes volant et quasi
 columbe ad fenestras suas? Secundo ceruus pe-
 rit altitudinem. sic perfectorum conuersatio est
 in alto qui in hac pergrinatione constituti so-
 lo corpore cogitatione et atitudine in illa pa-
 tria eterna conuersati sunt. de quorum nume-
 ro fuit apulus qui dicebat. Nostra conuersa-
 tio in celis est. hinc ps. Montes excelsi cer-
 uis. de his duobus dicitur in ps. ex persona per-
 factorum. Qui perficit pedes meos tanquam cer-
 uorum. et hoc de primo. super excelsa statu-
 me: et hoc de secundo. Tertia proprietas ceruorum
 est claritas in videndo: per quam illuminata
 cognitio. et ex omni parte circumspecta conside-
 ratio designatur etc.

XLVIII. Sermo de eodem.

Ecce mitto ange-
 lum meum Malach. iij. et Marb. ij.
 Dicit beatus Gregorius. Non sine vehementi
 admiratione considero: quod iohannis prophetie spiritu
 intra matris uterum repletus et prius sanctus
 quam natus. ille quo inter natos mulierum ma-
 ior nemo surrexit: qui etiam angelus meruit
 B. 2.